



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

206. An Sacerdos Latinus in Ecclesia Latina possit consecrare in fermentato ad communicandum infirmum moribundum, si no habeat alium panem? Eadem est ratio de Sacerdote Græco in Ecclesia sua. Et idem ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

qua prouilegium illis concessum ad consecrandum  
in fermentato, intelligendum est, quando celebranti in  
suis propriis Ecclesiis.

*Ei notatus non licere Sacerdoti Latino in templo Gra-  
corum, quod in Ecclesia Latina existat, in fermento  
consecrare: neque etiam aliis fidelibus Latinis  
ibidem in eodem fermentato communicare. Ex p. 3.  
tr. 6. & Misc. 2. Ref. 99.*

Græcis largitum, quo uti non possunt Latini, neque  
illo gaudent.

### RESOL. CCVI.

*An Sacerdos Latinus in Ecclesia Latina possit con-  
secrare in fermentato ad communicandum infirmum  
moribundum, si non habeat alium panem?*

*Eadem est ratio de Sacerdote Graeco in Ecclesia sua.  
Et idem est etiam, si populus debeat sacrificio pri-  
mari.*

*Et quid est dicendum ad euitandum mortis pericu-  
lum, si Sacerdos Latinus non consecret in fer-  
mentato.*

*Et notatus, quod Sacerdotes Græci per Latinam Ec-  
clesiam, & Latini per Graecam peregrinantes, sibi  
propriam Ecclesiam proprie institutis viuenes  
non habeant, in qua sint, possint Græci in azymo,  
& Latini in fermentato celebrare, conformando se  
Ecclesiæ, in qua existant, non tamen ad id tenen-  
tur.*

*Etiamque aduertitur, quod Latini Sacerdotes in Gra-  
cia commorantes, si permittatur sibi propriam Ec-  
clesiam habere, tenentur consecrare in azymo, & è  
contra Græci in terra Latinorum consecrare debent  
in fermentato.*

*Sed in Ecclesia Græcis inter Latinos permisso ne-  
fus est Latinus consecrare in fermentato, & è con-  
tra.*

*Et an in casu, quo Græcus esset incola apud Latini,  
vbi sunt Templa deputata ad seruandos Ritus  
Graecorum, teneatur seruare Ritus Graecorum, &  
propria Ecclesia? Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6.  
Ref. 40. alias 39.*

**§. 1.** *Vppono, quod Ecclesiæ Latinae non est nec-  
essarium necessitate precepti consecrare in pane  
fermentato, sed in azymo. Et è contra Ecclesiæ  
Græce necessarium precepti necessitate non est, con-  
secrare in azymo, sed in fermentato. Et assertio to-  
tius Ecclesiæ Latinae, arque adeò verè Catholicæ, &  
proinde ad fidem pertinens. Vraque pars quatenus  
negat, liquet. Quoniam Ecclesiæ Latinae licet  
est consecrare in azymo, & Græce in fermentato  
et proinde nec illi necessarium est necessitate pre-  
cepti celebrare in fermentato, nec huc in azymo.  
Pars etiam vraque quatenus affirmit etiam clarer,  
nam Ecclesiæ Latina nefas est celebrare in fer-  
mentato, & Græca in azymo: Ergo illi necessarium  
est necessitate precepti consecrare in azymo, &  
huc in fermentato. Hoc supposito, queritur, quid  
dicendum in casu necessitatis, ut supra, & pro par-  
te affirmativa plura argumenta adducit amicissimus,  
& doctissimus Pater Dicatillus de Sacramentis, tom. I.  
tract. 4. disputat. 2. dub. 4. num. 67. Primo quia non  
facile, & absque urgenti ratione videtur asser-  
endum legis divinae obligationem cessare ob fortu-  
num humanae obstatum. Secundo, quia mate-  
ria huius legis humanae consecrandi in azymo,  
aut fermentato secundum se valde indifferens est;  
& si restet expendatur, maled magis quam vslus ve-  
stium sacrarum in Missa, cum in azymo, aut  
fermentato celebrate soleat Ecclesia pro diuersitate  
Nationum, nec iudicet irrogari irreuerentiam  
Sacramenti, quamvis in alterutro pane fiat;  
nunquam tamen celebrare sine vestibus Sacris,  
non censetur esse irreuerentia Sacramenti, neque  
ulla est, aut fuit (quod sciām) Regio, aut Na-  
tio, quibus permisum sit sine vestibus sacris cele-  
brare.*

*Sup. hoc in  
Ref. præterita  
ta, §. 2. ad  
medium, &  
supr. ad me-  
dium. §. vlt.  
Ref. 128. &  
inf. in tr. 2.  
Ref. 1. §. vlt.  
prope fin. à  
vers. Notat  
etiam.*

**4.** Non est igitur auilius Ledesma in 4. p. 1.  
quæst. 15. art. 4. dub. 2. vbi docet, non solum posse li-  
cere, sed etiam tenere Sacerdotem Graecum, transun-  
tem per Ecclesiæ Latinas in azymo consecrare, &  
peccare mortaliiter. si aliter faciat; quia prouilegium  
illis concessum ad consecrandum in fermentato, in-  
telligendum est, quando celebranti in suis propriis  
Ecclesiis. Verum: hanc opinionem Ledesma recte  
improbat Fagundez p. 3. lib. 2. cap. 2. num. 9. nam  
ut supra dictum est, potest Sacerdos Latinus trans-  
iens per Græcianum celebrare, vel ritu Graecorum, vel  
ritu Latinorum, & similiter Græcus transiens per  
loca Latinorum.

**5.** Et tandem notandum est hic etiam cum Sua-

rez in 3. part. tom. 3. disp. 44. scilicet 3. illud vero, Co-

ninch, & aliis vbi supra, non licere Sacerdoti Latino

in templo Graecorum, quod in Ecclesia Latina exis-

tat, in fermentato consecrare, neque etiam licere

aliis fidelibus Latinis ibidem in eodem fermentato

communicare, quia illud est speciale prouilegium

Tom. II.

brare. Tertiò lex hæc non est vniuersalis totius Ecclesiæ, sed partis: ita ut oppositum licet in alia Ecclesiæ, nec iudicetur incongruum: ergo in casu necessitatis, & articuli mortis, conferi posset non incongruum id permettere in gratiam, & beneficium moribundi. Quarto non defuerunt Pontificibus rationes, quibus non censeatur indecens, sed maximè congruum, ut Græci hæc in fermentato celebrent: ergo non defuerunt rationes, quibus id permititur Latino Sacerdoti in gratiam moribundi. Neque apparetur, maiorè esse rationem, aut urgentiorem causam, ut Græci in fermentato celebrent inter Latinos permanenter degens, quam ut idipsum faciat Latinus in casu prædictæ necessitatis, cum ibi simpliciter non cogat necessitas, hic verò maxima. Quintò, non minus est præceptum negatiuum Ecclesiæ vniuersalis nō communicandi non iejunè, quam sit præceptum Ecclesiæ Latinae non celebrandi in fermentato, & tamen propter urgentem necessitatē moribundi, & propter seruandum præceptum diuinum communicandi permittitur ægroti non iejunè, saltem semel in ægritudine periculosa communicare, imo sèpsum, iuxta multorum sententiam, ut cum illis dicimus *disp. 9. dub. 17.* Ergo cum non celebrare in fermentato tantum sit præceptum quoddam humanum, non videtur obstatre quominus, ut hoc seruerut, censeatur, præceptum diuinum non habere locum. Confirmatur, quia magis communis sententia docet (ut videbimus suo loco) licitum esse non iejuno celebrare, aut communicare ob graue scandalum vitandum. Cum ergo non licet propter urgentem maximè causam, secluso scandalo, in fermentato celebrare? Propter aliquas rationes ex his aliqui recentiores, quamvis metiri propter auctoritatem Doctorum, & supradictam rationem, negatiuum partem tutiorem putent; affirmatiuam, secluso scandalo, & perturbatione non audient damnare. Ita Tannerus de *Euchar. disp. 5. dub. 4.* in quam sententiam, ne eam, sola multitudine in contrarium me retardat. Hucusque Dicastillus, cuius ultima verba retundunt audaciam aliquorum recentiorum, qui facile, & sine villa formidinè solent à receptissimi Doctorum sententiis recedere.

2. Itaque circa præsentem difficultatem negatiua sententia adhærendum est, & præter Doctora à Dicastillo citatos, hanc sententiam tenet etiam nouissim August. Bernal de *Sacram. disp. 27. scđ. 4. §. 2. n. 3. & Caltrus Palauus tom. 4. tract. 21. punct. 5. n. 5.* Opatouius de *Sacram. tract. de Eucharist. disput. 2. g. 2. n. 6.* Dico igitur, Sacerdotti Latino in Ecclesiæ Latina licitum non esse vti fermentato, neque Sacerdoti Græco in Ecclesiæ Græca, etiam populus diu debet Sacrificio priuari, & proximus absque Viatico decedere, quia viuilitas communis priuatis commodis præferri debet. At ad viuilitatem comitum Ecclesiæ pertinet ritus præscriptus in Sacramentis confiendis obseruare. Ergo hæc viuilitas cuilibet alteri viuilitati præferenda est. Adde præceptum communicandi in articulo mortis, & audiendi Sacrum diebus festiuis neminem obligare, nisi quando Sacrum fieri potest seruatis legibus, & ritu ab Ecclesiæ præscripto: ergo, &c. Concedo tamen quod possit licite Sacerdos Græcus in Ecclesiæ sua panem azymum adhibere, & Latinus in sua fermentatum ad euadendum mortis periculum, dum tamen istud in Ecclesiæ, vel Religionis contemptum non ei inferretur, siue intenderetur. Prior pars est clara: quia lex humana cum tanto periculo non obligat; consecrare autem in azymo determinat, & in fermentato determinat, lex humana dumtaxat est. Posterior pars aquæ est certa, quia tunc ei periculo succumbere, es-

set infidelibus, quatenus infidelibus cedere, atque adeo in grauem Religionis iniuriam, quorum virum que intrinsecè malum est, & per consequens legi na-

trali, & diuinæ prohibitum.

3. Nota etiam hic obiter primò, quod Græci per Latinam Ecclesiam, & Latini per Græcam peregi-  
nantes, sicuti propriam Ecclesiam propriis institu-  
tis, viventes non habeant, in qua sint, polluti Græci  
in azymo, & Latini in fermentato celebrare, confor-  
mando se Ecclesiæ in qua existunt. Fundamentum  
est, quod iam significavimus: in legibus scilicet mo-  
rè positivis posse vnumquemque se accommodare  
consuetudini loci, per quam transit. Non puto te-  
men improbabilem sententiam Auerie de *Sacram. Eucharist. q. 2. scđ. 4.* Vasquez *disp. 27. cap. 3. & alijs*  
rum posse Sacerdotem peregrinante extra proprii  
Ecclesiæ teneri ad consecrandum iuxta motu  
sue Ecclesiæ, Latinum scilicet in azymo, & Græcum  
in fermentato; quia quamvis admittamus, peregi-  
nos teneri aliis legibus, & consuetudinibus loci in  
quo existunt, non tamen lege consecrandi in fer-  
mentato, aut in azymo, quia lex hæc sic pœnitentia  
recepta à subditis, ut vnuquisque morem sue Eccle-  
siæ, in qua habet domicilium, seruer; idque patet  
constare ex praxi approbata à Sede Apostolica, iuxta  
Leonom IX. Epistola illa citata: & Eugenio IX.  
supra.

4. Nihilominus probabilius est quod prius dice-  
banus, posse scilicet se accommodare Ecclesiæ, non  
tamen ad id teneri, sed vtrumlibet posse facere vel  
azymo, vel in fermentato celebrare. Itaque si Latinus  
Sacerdos inter Græcos, aut Græcus inter Latinos  
peregrinetur, aut negotij causa brevi tempore  
commoretur, pro libito licet poterit huc azymo, si  
in fermentato ad consecrationem vt.

5. Nota secundò quod Latinus Sacerdotes in Cate-  
cia commorantes, si permittur ibi propriam Eccle-  
siæ habere, tenentur consecrare in azymo, & simi-  
ter Græci in terris Latinorum propriam habent Ecclesiæ consecrare tenentur in fermentato: electum  
assertum communissimum, & omnino certum, ut  
traditum à Leone IX. in epist. 1. c. 29. & perficit  
vñs, ut Ecclæ Romæ, & Latinorum Confine-  
topoli, vel etiam in Äthiopia. Ratio verò est, quoniam  
hoc ipso, quod permittantur propriam habere  
Ecclesiæ, perinde se habent Latinus ac si inter Latinos,  
& Græci ac si inter Græcos essent. Poni in  
Ecclesiæ Græci inter Latinos permisæ nefas est Latinis  
consecrare in fermentato. Sic etiam in Ecclesiæ  
Latinis inter Græcos permisæ nefas est Græci  
consecrare in azymo. Quia priuilegium iis soli con-  
ceditur, quibus Ecclesiæ. Quocirca Romæ in Ecclesiæ  
Græcorum non permitteretur Latinorum quippe  
fermentatum adhibere. Sicneque in religione Millie  
ceremoniis Græcorum ritum imitari, nill forte Se-  
cerdos Latinus in Ecclesiæ Græca, vel Græci in  
Latina Parochum, Capellam, Vicarium, am Bene-  
ficiarium eligeretur: tunc enim non solum non po-  
set, verùm etiam non deberet eius rei morem in om-  
nibus sequi, quod proxima conclusione clarus con-  
stat. Hæc omnia docent Bernal, & Dicastillus vt  
supra, cum aliis communiter.

6. Non defuerunt tamen hic adnotare Leandrus  
de *Sacram. tom. 5. tract. 7. disp. 8. ques. 22.* docere quod  
casu quo Græcus esset incola apud Latinos, ubi sunt  
templo deputata ad seruandos ritus Græcorum, sicut  
i sunt Romæ, Panormi, & alibi, non teneant se  
vare ritum propria Ecclesiæ. Nam non est credibili-  
le, disperdere Ecclesiæ Larinæ, ut Græci in ipsa com-  
morantes non sequantur ritum suum, imo & ipsius  
Christi Domini. Ita Leandrus supra, qui pro hac  
senten-

Quoad hoc  
in tom. 7. tr.  
5. legi ex  
Ref. 76. §.  
vlt. & etiam  
§. Secundò.  
& signanter  
Sup. hoc vide  
alium vers.  
eius not.

# Atque de SS. Euch. Sacr. Ref. CCVII. 125

Sententia adducit Granadum, Petrum Ledesmam, & Nugnum.

7. At ego contrariam teneo sententiam, quam in supra, & olim docui cum Vasquez, Suarez, & aliis, quos, me etiam citato, adducit Leandrus vbi supra, qui nota Montesinu in manuscriptis, docuisse quod si Sacerdos Latinus existens in sua Latina Ecclesia (v.g. Romæ) vellet consecrare in Templo illo Græcorum, non posset consecrare in fermentato, & si Græcus vellet Roma cœlocrate, non in suo Templo, sed in alio, non posset licet consecrare in azymo.

8. Ex supradictis non mihi placet opinio Ledesma, qui existimat Græcos peregrinos teneri Latinæ Ecclesiæ se conformare, si quando in ea versentur; non autem est contra Latinos, quia hac differentia doctrinæ absque fundamento est. Deinde obferua, non obstantibus dictis, non licet latinis in Græcorum templis, quæ habent in Ecclesia Latina, consecrare in fermentato. Vide Dicastillum vbi supra, & alios.

## RESOL. CCVII.

De quibusdam qualitatibus circa aquam naturalem necessariam in sacrificio Missæ, & Baptismo.

Et an panis ex aqua rosacea fatus sit materia apta Eucharistie?

Et an si in sacrificio Missæ infundatur vino parum non aqua naturalis, sed aqua rosacea, vel ex aliis herbis, aut floribus extracta, conficiatur Sacramentum?

Et an peccet mortaliter Sacerdos, si aquam rosaceam, aut artificiosam misceat in Missa?

Et quid dicendum est, si in casu necessitatis non possit alia aqua haberii?

Et an si peccatum mortale misere in Missa aquam calidam vino, etiamque aqua sit naturalis? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 18.

§. I. **V**T hæc Resolutio Lectoribus non male oleat, de aqua rosacea, & aliis aquis ex herbis, vel floribus extractis erit non incuriosus sermo.

2. Quæro igitur primum, an in casu necessitatis Baptismus possit conferti sub conditione cum aqua rosacea, vel ex herbis extracta. Respondeo, nonnulli mè affirmantiam sententiam tanquam adprobant, admittere Stephanum Bauny in Theol. Moral. tract. 2. q. 4. vbi sic assertit. Infertur secundum ob contrarium rationem, in sudore corporis, humoribus expressis ab herbis, floribus, aut aliis conferri non posse, quia non sunt vera aqua simpliciter dicta elementaris, & visualis secundum communem usum, & conceptionem hominum. Non desunt tamen, qui pro extrema necessitate contrarium sentiant, quia non constat, an tales humores specie differant ab aqua naturali: ergo ut minimum materia sunt dubia Sacramenti: at materia dubia semper locutus est in necessitate ex Reginaldo loc. cit. n. 13. quia sub pena peccati mortali est consulendum proximo periclitanti de anima, cum id fieri possit sine certa Dei offensa: at utrumque hic concurrit. Primum periclitatio de salute, cum eius obtinendæ spes nulla sit ordinariæ sine Baptismo. Secundum, concurrit etiam culpe priuatio, cum in tali casu Autores nullam agnoscant: necessitas enim extrema irreverentiam excusat, quæ ea cessante in sacramentum admittetur. Ministro se sua sponte expONENTE per usum talis materiae periculo nihil facient. Hæc sententia non est improbabilis, quam qui sequuntur in necessitate extrema spirituali pueri, Baptismum non dabit, nisi sub condicione hoc modo. Si aqua qua vtor est materia Baptismi sufficiens, ego

Tom. II.

te baptizo, si non est, non te baptizo: sic enim admittendi sacrilegij periculum vitatur, vt ante est probatum. Hucusque Bauny Cui etiam ad dealiquos viros doctos ex eadem Soc. Iesu de hac re à me consultos: & publicè hanc sententiam in Collegio Panormitano P. Francisc. Bardi tanquam probabilem docuit.

3. Sed aduersus hanc sententiam contra Purenum, Tannerum, Chamberotam, & alios recognoscere meipsum in p. 5. tr. 3. refol. 1. & me citato nostrum P. Lanfranchum tom. 2. opus. 1. c. 4. n. 7. vsque ad n. 16.

4. Quæro secundum, an panis ex aqua rosacea factus sit materia apta Eucharistie. Respondeo negatiuè cum D. Thoma omnium magistro in 3. p. 9. 7. 4. art. 7. ad 3. & aliis quos citat & sequitur Persicus de officiis sacerdotum lib. 1. cap. 12. dub. 2. num. 19. & Bonacina tom. 1. diff. 2. q. 2. purp. 1. n. 4. cum Joanne Vviggere de sacram. in 3. part. queſt. 7. 4. art. 3. n. 17. Et ratio est: quia tam differt aqua rosacea ab elementari, quana farina triticea ab ea quæ est talis. Ergo ut variatio forme idonea consecrationi officit, ita & variatio substantialis liquoris, quo farina in hoc Sacramento miscetur. Confirmatur, succus herbarum, aut florum in fornaci expressius vi ignis non est aqua nisi similitudine, & cum addito: dicitur enim aqua rosacea, v.g. & non simpliciter aqua. Deinde si aqua rosacea specie physica essentia non differet à naturali, saltem distinguatur forma artificiali, & visuali, quod in Sacramentis sufficit.

5. Non desinam tamen hic adnotare Caeteranum non solum sacra Purpura, sed etiam litteris Eminissimum in 3. part. 9. 7. 4. art. 7. in dubium hanc sententiam posuisse. Et ideo sic assertit. Circa aquam, ex qua fit panis pro Sacramento, vide rationem litteræ in calce articuli, ad probandum, quod oportet esse aquam veram, & naturalem, & suscipe illam ut rationabilem. An autem sit necessaria, cogitatione opus est, & ratio est eadem cum superius dicta de diversis speciebus granorum componentium panem, quia enim ad Sacramentum sufficit, quod sit verus panis, si panis verus potest fieri ex aqua artificiali, puta rosacea, consequens est, quod non est de necessitate Sacramenti aqua naturalis. An autem panis confessus ex farina, & aqua rosacea, est verus panis, experientia comprobandum est, videndo in quo differet ab aliis panibus: nam si solo odore rosaciam differre apparet, crederem ipsum esse eiusdem speciei cum aliis, cura aqua non sit pars essentialis panis, sed materia transiens eidem; non enim permanet aqua secundum seipsum in pane, sed panis est tertia res resultans in commissione facta & aquæ per partem de coctionem: non est autem remorum diuerarum species res posse esse materiam transiuntem respectu aliquius unius etiam homogenei, ut patet de his ex quibus generatur sanguis. Hucque Caeteranus, sed contra illum insurgit nominatio Fagundez in precep. Eccles. præcept. 3. lib. 2. cap. 1. n. 14. Coninch de Sacram. 9. 7. 4. art. 3. n. 46. Layman lib. 5. tr. 4. cap. 2. n. 3. Et ad argumentum Caeterani, quod panis ex aqua rosacea confessus non videatur differre essentialiter ab aliis panibus, quidquid si de differentia essentiali respondeo differre saltem forma artificiali, & visuali, quæ in materia sacramentali spectanda est. Nota tamen Valentianum tom. 4. diff. 6. q. 2. purp. 1. docere sententiam Caeterani non esse improbatibilem: sed Sotus in 4. diff. 9. queſt. 1. art. 7. dicit non esse tutam: ideo tu iudica.

6. Quæro tertium, an in sacrificio Missæ infundatur vino parum non aquæ naturalis, sed aquæ rosacea, vel ex aliis herbis, aut floribus extracta conficiatur Sacramentum. Respondeo cum Joanne Molano in Compend. Theolog. practica tr. 4. cap. 7. concl. 4.

L 3 mm.